



enigmata q[ui]r in hac vita in dñi.

par. s nō poter p[ro]ficiuntur



X.

DISPUTATIO JURIDICA,

Ad L. Lecta, 40. ff. de reb. Cred. & s. quinimò,  
& seq. ff. de pact. junctis limilib.

DE PACTIS,

Quæ adjiciuntur, tam in continentali, quam ex  
intervallo, & bona fide, & stricti juris  
contractibus,

Quam

D. O. M. A.

Sub Presidio

Clarissimi Consultissimi Viri,

Dn. JOHANNIS Schwaben ICti-EXI-  
mii in Academia Jenensi Antecessoris,  
eiusdemq; curiæ provincialis & Scabina-  
tus Adcessoris

Censura publica submitit  
JOANNES PÆSTN EICHSFELDIACUS.

Ad diem 17. Septembris, hora, loco consuetis

JENAE,

TYPIS LIPPOLDIANIS.

Anno cI. I. CVIII.

enigmata q̄li i[n] hac i[n]ta incen-

198-53



*Magnifico, Nobiliss. & Strenuo Viro.*

Dn.

ESAIÆ A Brandenstein/  
in Oppurg / Gruna / Krobiß / Knaw / &c.  
Illustrissimi ac Potentissimi Saxoniae Ducis & Electo-  
ris, &c. CHRISTIANI II. Consiliario, &  
Judicij supremi Electoratus Präsidii  
eminentissimo,

*Domino & Macenati suo plurimum  
obseruando.*

Hâcce de pactis adjectis  
dissertatione

*oblatâ dedicatâ*

reverenter & devotè se  
commendat

Johan. Pein Eichsf.

DISPUTATIO,  
DE PACTIS,  
*Quae adjiciuntur tam incontinenti, quam  
ex intervallo, & bona fide & stricti juris  
contractibus.*

**B**Actorum materia jam dudum sui difficultate satis superque nobilitata est, tricis, ut ille loquitur, & mæandris plena, quibus perplexi in multas insanas & miraculosos errotes redacti fuere veteres, quos impatienter ferens, illos Apostoli dicto; O Insensati Galatæ quis vos fascinavit? inerepare non erubuit Ang. Matthæacius de via & ratione juris lib. i. c. 6. Refert Paulum etiam Caſtrensem subtilitate pacti nuperterritum exclamasse, Paulum ipsum Ictum si a mortuis resurgentem, satis hic inventurum negotii, & Bartolum ingenuè profsum esse, planè se ignorare, quo modo Prator actionem denegando, nihilominus se pacta literaturum edixerit: quomodo iridem paula sine aliqua causa esse possint, non intelligere potuisse Alexandrum, &c. Quod si illa Ictorum lumina, in primordiis haerent, quid nobis in hoc pactorum adjectorum Labyrintho & ardus subtilissimaq; & multis quidem, ut à veteribus (quod te. Cujacio, in rec. sol. verum ejus sensum pleriq; adsecuti non essent) adpellabatur, lecta, à paucis vero intellecta. Lecta evenerit? Tentare tamen & quā fieri potuit perspicuitate difficultatem superare, ingeniumque exercere libuit. Ecce igitur sequentes ea de re assertiones ad examinandum propositas.

THE SIS I.

**P**Acta<sup>a</sup> de quibus hic agimus, privata, <sup>b</sup> qua definiuntur ab Ulpiano, <sup>c</sup> duorum pluriumve in idem placitum consensu, <sup>d</sup> sunt <sup>e</sup> aut Legiima aut juris gentium.

A 2

L. conuen-

## L. conventionum, s. &amp; seqq. ff. de pact.

(a) à quibus non desunt, qui pacti distingunt, Duar. ad l. i. ff. de pact. Forster. & ab ipso allegati, c. i. de pact. Et certe ita est: Hac cum sit, id est, ipsum actum significat, illud cu[m] factum est, ut ira h[ab]et causam illud efficitus vim obtineat, per d. l. i. §. i. ff. d. t. Ang. Mattheac. de via & rat. jur. l. i. c. 6. Verum quia ipse Ulp. in l. 7. vers. 1. g[ra]uita nuda pactio. ff. d. t. juncta l. i. 5. ff. de prasc. verb. ibi: ex pacto actionem, &c. hac duo confundit, nos etiam indiferenter illa accipimus. Cujac. ad l. i. Mattheac. d. loc. Forst. c. 2. q. i. in fin. sicut promissum & promissiōnem, Sponsum & sponsonem, l. i. 9. §. dictum, ff. de aedil. ed. juncta, l. 3. ff. de pollicit. stipulatum & stipulationem, l. i. 1. ff. de V. O. juncta l. 77. § pater. 9. ff. de leg. 2. & simil. sequestrationem & sequestrum. Gadd. ad rubr. de sequestr. n. 3.

(b) Quae sunt de rebus singulorū, à quibus distinguuntur PUBLICA, qua sunt de iure, quod vocant, Majestatis, Imperio, jurisdictione, principatu, legibus, induciis, pace, federibus, &c. d. l. 5. ff. de pact. de quibus non in iudicio, sicuti de conventionibus & pactiōnibus privatis, sed extraordinario arbitrio disceptabatur. Hinc Spartanus in vita Pellecennii Nigri. in pr. factum Juliani, Insaniam vocat, quod cum Severo ex interdicto de Imperio egisset, ut iure, inquit, videretur ad principatum pervenisse. v. Dn. Mart. Hubner. disput. de juris. th. 95.

(c) Hinc error eorum promanavit, qui cum sub hac pacti definitio[n]e contractus quoque comprehendunt, speciem pactorum fecerunt contractus, in quo etiam Baldum, Jalonem & reliquos communiter lapsos esse, queritur Mattheac. d. c. 6. n. 6. & dicetur J. th. 3. Sed pactum nihil aliud est, quam nudus in idem placitum consensus; contractus verò amplius quiddam, consensus nimurum, ex quo contrahatur obligatio. Cujac. ad d. l. i. §. i. Donell. ad l. io. C. de pact. Duar. ad verba: propter eandem regulam, d. l. 7. Illud neque nonne neque causam habet (irridendum enim se praeceps Alexander Fulgosum reprehendens nullumq[ue] dari pactum sine causa adserens. Mattheac. dict. cap. 6.) hic aut nomen habet, aut si nomine vacat, certe causam habet. Cujac. libr. 2. observ. 15. Dn. Bocer. cl. i. disp. th. 21. Sanè si quis verba Icti captare atq[ue] alia quam dicta sunt, mente accipere velit, contia l. pen. ff. ad exhib. (ut ecce: Contractus etiam sunt duorum plurius in idem placitum consensus. E. pactum. Quid si juris vel altiarum artium periti de aliqua questione consulti idem responderint, quia in idem consenserunt, hic illorum consensus pactio adpellabitur?) definitioni huic, u[er]o plenisq[ue] in jure nostro incede logicā, si talis adpli- cari queat, opus esse non negaverim; Sed & ICtus Ulp. se ipsum postea explicans, eam adhibere videtur in l. 7. quae ex codem lib. 4. ad Edict. desumpta est, usq[ue] ed inchoatam definitionem pro sequendo, dum propriam officiet conventionem, qua in nullum aliud negotium transferri posset. Cont. libr. i. disp. jur. c. ult. Genera igitur & juris capita non sunt tali modo confundenda, licet interdum abusivē & nimis generaliter loquendo, non at-

tantā.

tentia proprietate locutionum juridicarum id eveniat; l. 20. C. de pact. Cum enim de pactis disputationem, certe non de contractibus agimus, sicuti cum de contractibus disserimus, non delicta & crimina comprehendimus, licet & illa contractus dicantur, l. 52. ff. de re jud. adde l. 15. & 31. ff. de donat, l. 2. ff. de condi. ob turp. caus. quid? quod hoc modo non solum omnis obligatio, l. 20. ff. de judic. sed & aliud quidvis, dd. jam ll. pacti nomine venire? quo quid absurdius? Alii aliter dissent. & pactonis nomine, non autem pacti, contractus venire contendunt, quam sententiam ut æquè absurdam reiicit Cujac. ad d. l. 1.

(c) Alter pacta Loriorius i. de apic. jur. ax. 24. distinguunt, ut alia sint **Justa**, id est, legitima, l. si Stichum, 25. §. naturalis, 4. ff. de solut. alia **Conventa**, id est, contractibus adjecta, l. 7. §. quin imo vers. solemus, ff. de pact. alia **Nuda** id est, reliqua ex quibus nec obligatio neque actio nascitur, d. l. 7. vers. igitur nuda, de pact. Sed 1. omne pactum, quod juri consentaneum est, recte justum dicetur, l. 52. §. pactum, ff. d. t. sicuti è contrario, que juri repugnant, injusta erunt, l. 27. §. illud nulla, & seq. ff. eod. & dicetur infra, th. 10. 2. **Conventum** autem dicunt comparatione legitimorum; ut enim quod confirmatur legitimum, ita quod sine lege ex conventione privatorum pender, pactum conventum dici soler. Giphan. ad §. sed cum nulla, d. l. 7. de pact. Quare & reliqua pacta recte dicentur **conventa**, l. 19. verb. exceptione pacti conventi, ff. de acceptil. Paulus lib. i. sent. t. de pact. & convent. ut & Cicero & Juvenalis ea pro synonyms acceperunt, quos allegat Cujac. in pr. lib. 2. obs. 15. 3. Deniq; etiam illa pacta, que contractibus adiiciuntur, recte nuda vocantur. In d. vers. Igitur nuda, d. l. 7. & dicetur infra, th. 3. que postea **conventa** appellantur, vers. solemus enim dicere pacta **conventa**, &c.

### II.

*Illorum quædam sunt civilia, quædam pratoria.*

De quibus alibi.

### III.

*Jurisgentium pacta considerantur vel per se, vel relata  
ad contractus, id est. vel plane a nuda sunt, vel adjecta con-  
tractibus.*

d. 17. §. quin imo & seq. ff. de pact. Hæc nihil aliud sunt quam leges contractuum, l. contractus, 23. ff. de R. J. l. i. §. si convenit, ff. depos. (ut Lex commissoria, de qua postea) adde Forster. q. 7. cap. 2. & ll. ab ipso alleg. qua certis limitibus & metris eos includunt, quatenus corum vis se extende re debeat. Cujac. 2. obs. 15. & ad §. quin imo.

(a) quia omnia jurisgentium pacta etiam ea, que contractibus adjiciuntur, nuda dicuntur, quamvis dissentiat Dua. h. & Donell. ad l. in bona fide, n. 10. C. de pact. Ul. p. enim cum dixisset in all. l. 7. §. 4.) Igitur nuda pactio,

pactio actionem non parit) statim subjungit (qui imd interdum format ipsam actionem) exceptionem scil. post regulam. Hęcigitur non omnino nuda sunt, illa planę nuda. Non tamen ridiculam Dd. commentationem sequimur, quia pactis nudis opponunt vestita, quę ut inquit, „Mattheas, lib. i. de via & rat. jur. c. 7. num. 4. commentariis quasi pannueis vestibus induunt, de quibus Forster. m. 2. c. 4. Quid: Cūr non cādem ratione, quando ICti consenfun nudum & cogitationem nudam vocant, illi cogitationem aliam nudam, aliam veltitam, consenfun alium nudum, alium vestitum faciunt? Duar. ad d. §. sed cum nulla. Etsi cūm Giphan, & Forstero quis dixerit, adjectionem pacti nudi ostendere esse quedam & non nuda pacta, fecutus collectionem Marcia. in l. 3. ff. ad l. Corn. de sic. & Ulp. in l. 1. §. 3. ff. de dolo.

(b) ex quibus nulla nascitur obligatio, d. l. 7. §. sed cum nulla. Multd minus jure civili actio. Imd nec Canonicō jure contrā communem omnium ferē Dd. mentem competere putat Giphan, quia cap. 1. & 3. extr. de pact. non aliter, quam secundum prætoris editum, pacta servanda es- se pronunciet. Esse præterea canonem concilii Africani, quo Africa omnis jure Romano sit uisa, quoque Clerici omnes maximè in caussis cī- vilibus jure civili vivere non recusarint; quamvis illud contra dudum receptam opinionem statueri, paulum insolens videatur. Dixi: N U L L A: Et si jus nostrum spectare velimus, ne obligationem quidem ex pacto naturali nasci, post Conan. probabiliter latius idem defendit Giphan. ad dict. l. 7. ibique Da. Matth. Hubner. & Dn. Rittershus. ad t. J. de obligat. quia absolute negetur obligationem ex pactis oriri. §. 4. d. l. 7. quod sim- pliciter & absolute etiam accipiendum sit. Deinde quia in t. ff. & C. nulla fiat mentio hujus effectus, qui tamen sine flagitio prætermitti non poterit, esset enim ipsa exceptione effectus major. Nec ad rem fac. quod in l. 5. §. Imper. & similibus, usus ex pacto naturaliter deberi dicuntur. Illud enim in ita rēi accessione speciale esse, ut ex ipsa collatione ad- parebit.

Sane si præcepta Ethica respiciatis, utiq; obligationem pariunt, unde est quod dicitur pacta nisi naturali æquitate, h. l. ff. de pact. cum naturaliter sit servanda fides, & grave fidem fallere, l. 1. ff. de confit. pec. quid quod be- neficio adfecti, naturaliter etiam ad remunerandum tenemur? l. 25. §. consu- luit, ff. de hered. pet. nulla lex amicorum secreta eloqui verat, an non ramen querat cum eo, qui creditum sermonem non retinuit ut haber. ex Seneca. Duar. ad d. l. 1. Utilius autem & honestius Civibus Romanis visum fuit, ad virtutem excitandam quedam hominum probitati relinquere, & fidei, ne- que omnia legibus adstringere & necestatati, ubi virtuti nullus locus. Cui ratione naturali, superaddit Duar. civilē rationem nimirum finienda- rum litium, quibus aliás omnia streperent forā, si quibuslibet etiam leviter promissis staretenerentur homines, quorum quedam non sine magno fortunatum detrimento & periculo prestare possint, alia vero nullam effient

essent utilitatem allatura. Moribus tamen nostris pacta tam ad obligatio-  
nem quam actionem producendam, non tamen sine distinctione, cito effi-  
cacia, nemo est, qui ignorat.

IV

*Adjiciuntur vel incontinenti, vel ex intervally.*

Quod alibi dicitur postea, id est, post contractum jam perfectum, d.  
I. in bona fide, i. 3. C. de pact. actu scilicet a contractu diviso. Gadd. c. 4. concl. 2.  
n. 12. & seqq. d. t. de contrah. & com. stip.

(a) quae proprio nomine leges appellantur, d. I. 7. vers. ea enim pacta,  
Quomodo autem intelligendum sit, quod dicitur in d. I. 13. C. de pact. in  
continenti fieri, latè explicat Gadd. d. loco, n. 14. & seqq. Forst. m. 7 c. 4. Do-  
nelli. ad d. I. 13. C. de pact. n. 2. & seqq. Borcholt. in singul. disput. ad I. lecta,  
propos. 6. id quod alibi dicitur ex continentia, d. I. 7. §. quin imò, in tempore  
I. 2. C. de pact. inter emt. & vend. comp. in ingressu, d. I. 7. §. quin imò, initio,  
I. initio, C. d. t. de pact. inter emt. & c. in exordio contractus. Cujac. ad d. §.  
quini imò, & in parat. C. d. t. de pact. inter emt. in ipso negocio, I. pacifici, ff.  
de pact. vel si paullò post, durante scilicet tractatione. Donell. d. loco, n. 7.  
subsecuta sunt, I. lecta, ff. de rebus cred. dict. §. quin imò, I. 7. I. 3. Cod. de  
ædilit. act.

V.

*Iullo casu pars esse istius contractus, eidem inesse, inhære-  
re, formam dare, eundem renovare, formare, informare, re-  
formare, transformare dicuntur.*

d. I. 7. §. quin imò, d. I. venditor, ff. communia prædior. &c. Contra-  
disp. lib. I. c. ult. fecus si ex intervallo adponantur, tunc enim pars contra-  
ctus non sunt, eundemque non reformantur, &c. Nam si rectè definitus id  
partem esse totius, ex quo totum id constar, consequens erit, ea pacta que  
sunt contractu perfecte, ejus contractus partem esse non posse. Donell.  
ad d. I. in bona, 13. n. 11. quia forma per partes non constituitur, que divi-  
sionem actu ignorat. Gadd. d. loco, c. 4. concl. 2. nu. 8. Hic interpp. multa  
disputant de pactis informantibus, reformatibus, transformantibus,  
conformatantibus, deformantibus, inter que distinctiones & differentias  
communiscuntur. Corral. lib. 3. miscell. c. 10. Mudæus ad l. quod sapè, ff.  
de contrah. emt. Sed credo (inquit Giphanius, quem teuto nomine ma-  
gnificum quendam virum appellat. Forster. ult. m. c. 4.) si plures præpo-  
fitiones reperirent, plura quoque pactorum genera fabricarentur.

V. I.

*Forma contractuum autem est, vel substantialis sive na-  
turalis, <sup>a</sup> qua rei essentiam; vel conventionalis, <sup>b</sup> sive accidenti-  
alis; qua administricula concernit.*

L. pacta.

1. pacta conventa, ff. de contrah. emt. Hotom. ill. quæst. 37. Interpp. vulgo, ut Mozius & reliqui, quos etiam sequitur Corasius, Niell. disput. feud. 4. th. 4. inter substantialia sive essentialia & naturalia distinguunt. Verum quod illis naturalia est, nobis cum Duar. Cujac. Hotom. &c. quia salvo contractu mutari & tolli à contrahentibus potest, accidentale dicitur; quanquam non negem etiam in legibus nostris, recto intellectu aliquando illa vocari naturalia, id est, qualitates quasdam innatas, ex quibus virtus contractus proficiuntur, ut loquitur ex Baldo Corras. misc. 10. ut in 1. 2. verb. vel natura contractus exigebat, C. de assert. toll. 1. 27. §. 2. in fin. ff. de paet. l. 11. in princ. l. 5. §. sed si facio, 4. ff. de praescri. verb. etiam in jure feudal. ut per allegatos textus ibid. probat Niell. d. loco. Illa igitur forma (Substantialis) mutabilis; haec (scilicet accidentalis) immutabilis est; utraq; tamen fervanda, sed illa necessaria, haec ex placito contrahentium. Vult. de feud. c. 7. n. 55. Aut enim haec contrahentium arbitrio permittitur, quæ propriè Mozius & reliqui sunt accidentalia, aut si ex eo praescripta non fuerit, tunc denum res uruit Pauli. formæ sue communi redditur, quæ illis naturalia sunt, l. 27. §. paetus, 2. in fin. ff. de paet. eaq; omnia praestantur, quæ ut loquebatur Corrasius, ex cuiusq; judicii virtute, vel ut Mozius, protestare descendunt, l. ex emto 11. §. 1. ff. de act. emti, l. 5. ff. de ref. vend. & quidem tacite, nam in contrahendo quod agitur pro cauto habendum est. l. 3. ff. de reb. cred. & quæ sunt moris maximè in bona fidei obligationibus, omissa pro adjectis habentur, l. 4. cum 2. seqq. ff. in quib. causa, pign. 1. quod si nolit, 31. §. quia adsidua, ff. de adil. ed.

(a) quam ipsa lex naturæ negotio attribuit, & quæ perpetua est, patitur; contrahentium mutari nequit. Gadd. de contrah. stp. c. 4. nu. 3. & 5. Exempla plurima recente Hotom. d. quæst. ill. 37. quidquid etiam adserat Cujac. in parat. C. de paet. int. emt. & vend. certam & perpetuam contratu formam dari non posse, quod ea pendeat omnis ex varietate & qualitate passionum, Dn. Rittershul. in part. feud. c. 11. in fin.

Hæc consideratur primum in genere, quæ generaliter omnem erorem, dolum, & quicquid est contra naturam, bonos mores, & jus publicum excludit. Dn. Hubn. disp. feud. 7. th. 16. & dicitur 1. th. 9. Deinde in specie, quæ scilicet speciatim proprietatem cuiusq; negotii constituit, & haec nota specifica illud ab aliis discernit, sine quâ esse non potest, quod est. Hotom. d. loco veluti contractus bona fidei, sine bona fide, stipulatio sine solenni interrogatione & responsione, nominum obligatio sine litteris, Emtio & venditio sine pretio, locatio conductio sine mercede, feudum sine fidelitate (quamvis, ut habent Feudista communiter ad lib. 2. feud. t. 3. & t. seq. Item t. 24. §. 1. & t. 40. t. 76. lib. 2. juramentum fidelitatis remitti possit) & sine investiturâ, t. 25. lib. 1. feud. & t. 1. lib. 2. in fin. vel propriâ vel abusivâ, de quâ Dn. Rittersh. de feud. c. 8.

(b) Exempla itidem recente Hotom. d. loco, quo refer illustria pacta emtions, venditionis, de RETROVENDENDO, quod nobis dicunt, der Wieder-

Niederkauff, & nihil aliud est, quam sub conditione redemptionis facta venditio, l.2. C. de paet. inter emt. & vend. etiam juri divino cognita. Levit. 25. Hoc pactum adeo valens esse, ut ei nullo modo & tempore praescribi possit, concludit Gomez, 2. variat, refol. n.28. & Geil. 2. observ. 18. ADDITIONIS in diem, t. t. ff. de in diem add. An etiam in feudis permisum? Affirm. Vult. cap. 7. de feud. Schoner. lib. 1. disp. feud. 5. th. 74. Dis. Niell. disput. 4. th. 4. pert. 27. F. LEGIS commissoria, quo inter contrahentes convenit, ut pecunia ad certum diem non soluta, res alieui commissa sit ipso iure, & penes eum remaneat in perpetuum, quod nostri dicunt. Dass es soil verstanden oder heimgesessen seyn. In emt. venditione permisum, t. t. ff. de l. Commiff. l. 1. & 3. C. de paet. inter emt. in pignoribus vero prohibitum a Constantino, M.l. fin. Cod. de paet. pignor. cuius diversitatis rationes adsignat Donell. ibidem. Item & in feudis, ut plenus dicitur. Similis est veteri illi fiduciae. Hotoman. tit. 27. libr. 1. feud. cujus meminit Cicet. pro Q. Roscio & off. 3. quam etiam post Constantinum in usu remansisse testatur Rittershuf. dict. c. II. num. 4. Fuit ea species pignoris, cum res aliqua sumenda pecunia gratia, vel mancipabatur, vel in injure cedebatur, ex Isidorio ibid. Item pacta PIGNORUM, t. t. C. de paet. pign. vide Negul. p. 4. pag. mihi 266. & seqq. ut est pactum a*vniuersitate* G., l. II. §. 1. ff. de pign. &c. Pacta LOCATIONIS, ut de certo tempore & modo rerum percipiendorum; Item remissionem mercedis, vel propter sterilitatem, vel ob incursum hostium aur inundationem, vel ob refectionem rei locatae aliter atq; aliter ex voluntate partium variantia, &c. de quibus Moz. de substant. & accid. locationis per tot. Pacta SOCIETATIS, de partibus lucri & damni inter se distribuendis, de collatione operarum & pecuniae, pericula & administratione negotiorum, ratione reddenda, &c. Moz. de nat. & accid. societ. &c. Pacta item FEUDI, ut vocant, conditionarij, de servitiis vel certo modo, tempore & conditione praestandis. Feudista in lib. 2. f. 23. in f. §. ult. t. 51. & t. 75. libr. 2. V. G. deducere uxorem senioris ad aedes sacras diebus festis, §. præterea, t. 2. lib. 2. f. ministrare mensa certo tempore. Item strepam tenere confidentem equum, quod Impp. quoque Romanos aliquando Papæ exhibuisse prodidit est. Item ut fidibus vasallus canat, vel fastet ad mensam domini, quamvis hæc controversia non careant. Vel omnino non praestandis, ut in Feudo Franco; vel vasalli aut domini, prout convernerit, sumitus praestandis, Borcholt. c. 1. de feud. nu. 25. Dis. Hotom. per l. 33. ff. de op. libert. quam l. 33. cum l. 18. & 2. seqq. & l. pen. ff. cod. t. concil. Dn. Rittershuf. d. c. II. num. 3. De successione, ut etiam succedant foeminae, adscendententes, collaterales; Item naturales liberi legitimati, §. quia etiam t. 6. lib. 1. t. 8. & t. 14. & t. 24. & t. 12. lib. 2. feud. de divisione facienda vel non. Feudista in §. præterea, t. 55. libr. 2. F. De alienatione, ut nimurum vendi, oppignorari, &c. de eo testari possit. Dd. communiter ad t. de prohib. feudi alienat. 52. & t. 55. t. 73. & pass. in lib. 2. F. Item pacta seu Leges GANERBINATUS, quas leges sive conventiones den. Burgfrieden adpellarunt.

adpellarunt illi condomini, qui talem societatem, fraternitatem & confo-  
derationem, talibus pactis adstrictam inibant, inde Ganerben / q. die ge-  
meine Erben adpellari, de quo societatis genere, qualis sit, quo jure cense-  
tur, explicavit Dn. Rittershul, in part. feud. c.17. von Ganerben vnd Gan-  
erbschaft.

VII.

*Unde pacta quedam adsciunt substantiam vel natu-  
ram, a quedam accidentia sive adminicula contractuum.*

d.l. pacta.72. ff. de contrah. emt. quæ scilicet & abesse & adesse pos-  
sunt circa substantia corruptionem, ut scriptura, l.4. ff. de pign. l.4. ff. de fi-  
de instrum. Hott.d.q.37. fidejusores, arrhae, quæ pedissequa emtione vo-  
cantur. Cujac.10. observ.24.

(a) sine qua consistere nimurum contractus non potest, Hotom. d.  
loc. & facis dictum rh. præced.

VIII.

*Illa aut toti substantie repugnant, eam mutant, aut au-  
gendo vel minuendo partem adsciunt.*

Posterioris hujus distinctionis usus cernetur in strictis contractibus  
principiis & in Pactis ex intervallo ad politis, de quibus infra.

IX.

*Pactorum contraria naturam contractuum adhibitorum,  
alia justa sunt, & novam conventionis speciem inducent, &  
tunc per se stant & valent priorisq. substantia mutata contra-  
ctum renovant.*

Mutata enim forma interemit substantiam rei, ut ait Ulpian. in  
leg. Julianus, 9. §. sed si quis, ff. ad exhibend. vide Bafum. i. paradox.  
cap. 3.

Ut ex deposito, commodato, mandato, mercede constituta effici-  
tur locatio, conductio: Ex emtione venditione, & locatione, conductio-  
ne, demissio pretio & mercede, donatio. Hotom. d. q. ill. 37. per leges ibi-  
dem alleg. Corras. 3 misc. 10. Ex donatione certa lega facta mutuum. ut  
in leg. 20. ff. de rebus credit. Item contractus innominatus, l. 6. & 8. C.  
de rerum permutat. l. 9. Cod. de donation. Ex emtione ne dominium  
ad emtorem transeat, locatio vel aliud genus contractus, l. penult. §.  
ultim. ff. de contrahend. emt. Ex mutuo, interventione & accessione alia-  
rum rerum permutatio; eadem specie redditio, commodatum vel depo-  
situm, l. 2. ff. de rebus credit. Depositum est contra & locatum, si convenit,  
ut non idem, sed tantum de redderetur, desinunt esse talia, & in aliud ge-  
nus contractus transfeunt, de quo l. 24. l. 26. §. i. ff. depos. l. in nayem, 31. ff.  
loc. in

loc. in quarum II. explicatione valde se torquet Hotom. 4. obs. 10. Feudum item: concessa etiam vasallo proprietate donatio vel aliud genus innominati contractus efficitur. Niell. disp. f. 4. th. 5. in f. Rittersh. in part. feud. lib. 1. c. 4. circa fin. & dicitur th. seq.

X.

*Alia non induunt, sed vel generaliter iusta sunt,  
et vel in specie ejus negocii, cui adjiciuntur naturae ita repugnant, ut ei inesse nequeant, ideoq; omnino invalida sint.*

Cujusmodi sunt contraria Naturam EMPTIONIS VENDITIONIS, ne premium venditoris fiat, l. 11. §. 2. l. Julian. 13. §. offerri, ff. de act. emt. SOCIETATIS, (in qua par lucri & danni naturalis initur estimatio, §. 1. & 2. Inst. dsocietas) pactio illa leonina in l. 29. in fin. ff. pro socio, Corras. 3. miscell. cap. 10. num. 3. Hotom. dict. ill. quest. 37. ubi & plura exempla superaddit. Item ut altera alterius socii filia exclusa unius tantum filiae ex societate dos constitutatur, l. si Socius, 81. ff. pro socio. Moz. de accid. soc. num. 10. PIGNORUM, (quorum natura & proprietas alienationem non constituit, l. cum & fortis, 35. §. pignus, ff. de pignor. act.) ne licet lucre pignus in perpetuum. Negligant. p. 4. num. 30. & 31. Moz. de accid. pignor. num. 20. PRECARII, quod petenti tamdiu, quamdiu is, qui concepit, patitur, utendum conceditur, l. ff. de precar. ne licet dominum rem quando velit repetrere, l. 12. ff. dict. t. Corras. dict. loco. Quod itidem ad naturam MANDATI trahitur, in quo pactum de non revocando mandato quoque invalidum esse putat Moz. de accid mand. In num. 3. quia mandatum revocabi ad voluntatem mandantis debeat, l. 12. §. si mandavero, ff. mand. FEUDORUM, (qua in usufructu consistunt, & quidem rei alienae, lib. 2. F. t. 8. inf. & t. 23. inf.) ut plenum dominium in vasallum transeat. Unde confutantur ii, qui tali pactione ad positam feudum putant constitui impropterum, ut Wefembec, Zafius, Duaren. &c. cum omne feudum sit ususfructus. Alii in contractum, ut antea d. innominatum transire putant, à quorum opinione non omnino discesserim.

(a) l. 7. §. ait prætor, ff. de paet. ut: PACTA CONTRA NATURAM, evijsmodi sunt impossibilia veluti, ut dixit ecclum attingas, ut uno die Romana cas, &c. leg. 50. ff. dict. tit. CONTRA BONOS MORES, ut sunt: pacta turpia, quæque ad delinquendum, vel fraudandum invitant, l. 13. ff. de condit. inst. l. 5. ff. de usur. l. si unus, 27. §. pacta, quæ turpem, l. penult. ff. de paet. l. pacta, quæ contra, C. cod. l. 27. & seq. ff. de V. O. l. 5. ff. de paet. dotal. l. 35. §. 2. ff. de contrah. emt. V.G. pactio adposita ut homicidium, fursum, &c. perpetrare, ut fororem tuam uxorem ducas, dd. legibus, & l. stipulor, 35. §. 1. l. si flagitii, 123. ff. d. V. O. addet. t. ff. de condit. ob turpem causs. Item: ne dolus præstetur, leg. 1. §. illud non probabis, ff. deposit. leg. 17. ff. commod. cui non adversatur dict. lex si unus, 27.

B z

§. illud,



§. illud, i. ff. de pact. ubi verbum **VIDEATUR**, satis superq[ue] improprietatem designat, Donell. ad l. 6. n. 10. C. d. t.

Item: pactum causidici de quotalitis, cuius eventum is certa pecunia summa redemerit, l. summus, 53. & ibi not. Gothofred. ff. de pact. l. 6. §. præterea, C. de postulando, l. 20. C. mandati, quod itidem bonis moribus advertatur, l. salarium, 6. ff. mand. l. item, 15. C. de procurat. Nam calumniosè litigandi, ut Duarenus inquit, causidicis præbet occasionem, ut mendaciis veritatem oppugnet. Item pactio medici, quâ pecuniam, l. 9. C. de profect. & Med. libr. 10. vel alias resab ægrotis & periclitantibus profalute extorquet, quod contra bonam fidem, & incivile factum vocat JC. in l. si medicus, 3. ff. de extraord. cognit.

Huc refer pacta Feudis adposita: ut servitia præstentur in honesta: p. de quæstu & libidine corporis, &c. Item pactum, ne ob ingratitudinem quis feudo cadat, aut alia saltem poenâ plectatur. Dn. Gothofred. Ant. disp. f. 4. th. 7. Moz. de nat. feudi, n. 34. Duar. c. 2. lib. r. n. 8 Schoner. lib. r. de feud. disp. 5. th. 73. vel ne quis ob eandem causam exheredari, vel redonata privati queat. Maxima enim peccandi illecebra est impunitas, ut loquitur ex Cic. & Demosth. Dn. Rittershus. in part. Feud. c. n. n. 3. Quæritur de pacto, ut pater feudo exuaratur noxam & delictum filii. Quod non valere, quia poena suos tenere solument modo auctores debeant, statuerunt Bald. & alii per l. sanctimus, 32. C. de poen. & simil. Item Gædeus perl. paterfamilias, 44. ff. de hæred. inst. quia felicit utri nemo ex alterius facto exheredari, ita feudo privari debeat juxta §. prædictis modis, lib. 2. F. t. 24. ex quo texu Dd. commune brocardicon, ab exhereditatione, & donationis revocatione, ad feendum argumentandis fabricarunt. Verum rejecto hoc communi errore, cum non fuisse Feudista sententiam, iam dudum certò nobis perlausimus. Deinde rationabilior sententia in contrarium visa fuit, & Alvarotto & Rosenthalio, quos legitur Vult. Niell. Rittershus. Borcholt & reliqui. Cum non tam ex delicto & facto filii, quam ex pænitente, quæ ab initio voluntaris erat, adposita damnum regulâ in d. l. sanctimus, etiam crimen paternum nocet filio, quam exceptionem aliquoties inculcat glossa, ad §. denique, & ad §. si vasallus, t. 26. & ad t. 31. in verbō tamen. Quidquid quod & regulariter in amissione feudi pater de criminis filii tenetur? §. insuper si filius, t. 55. lib. 2. F. juncto, §. quæsum, t. 51. & §. illud. quoque, d. t. 55.

**CONTRA JUS, LEGES & CONSTITUT. PRINCIPUM**, dict. l. pacta, quæ contra, 6. C. de pact. l. 5. C. de ll. l. 28. & 38. l. 42. ff. de pact. d. l. 5. ff. de pact. dor. E. G. n. minoris res distrahat, quam inter negotiatores convenerit. Item pactum monopolii, l. un. C. de monop. &c. & pactu illicet. Item ut duplum præstetur ad diem pretio non soluto, quo foenus illicitum contra leges contrahitur, l. Julianus, 15. §. ibidem Papini. ff. de act. emti. Pactum legis Commissionis in pignoribus prohibitum perl. fin. ubi Donell. & Dd. C. de pact. Pignor. quod neq[ue] si ex intervallo adponatur, quia prohibitus generalis ob- bonum.

bonum publicum facta generaliter accipienda sit; Neque renunciacione  
interveniente corroborari posse: quia non tam in favorem debitorum;  
quam maximè in odium creditoris, & ut d. publicam salutem introducta  
sit, Dd. statuunt. Inter quos non defunt, qui nec consuetudinis vigore (cu-  
jus non tanta vis esse debeat, ut tam sollicitè latam l. vincere & abrogare  
possit, l. 2. C. quæ sit longa consuet.) pactum hoc subsistere potest. Negu-  
fiant. p. 4. nu. 5. Moz. de accid. pign. n. 10. de quorum sententiâ tamen non  
immerito quis dubitaverit.

Aliud statuendum si ita pactum sit, ut non rem ipsam simpliciter in  
solutum, sed iusto pretio emtam haberet creditor, Donec. d. l. fin. in f. Dn.  
Rittershuf d. c. ii n. 3. Tunc enim i. Ratio d. l. fin. asperitas nimis & de-  
fraudandi animus cessare videtur. 2. Et non ut in causam obligationis,  
sed ut emtum habeat pignus sub conditione emtio facta esse intelligitur,  
ut dicetur in l. si fundus, 16. §. fin. ff. de pignor, l. fin. in princ. ff. de contrah.  
emt. addel. 34. ff. de pignor. act. 3. Tali causa alteri vendere potest, l. 12. in  
fin. ff. de pignor. Cur non ex pacto & sibi emitum haberet cum regulari-  
ter. 4. etiam & ipsi creditori pignus vendi possit: l. 20. in fin. ff. de pign. act.  
Quæritur de pacto, quod pignus propriæ auctoritate occupare permititur  
quod pactum de ingrediendo vocat Negusant. p. 4. n. 9. & seqq. Et deciditur  
ab ipso Imp. in l. 3. C. de pignor. Creditores vim quidem facere non vi-  
deri, attamen auctoritate praefidis possessionem adipisci debere. In cuius l.  
explicatione vocalam DE BENT, cautelæ tantum & consilii loco positi-  
ram accipit. Accursi sicut in l. si pupillorum, 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.  
ut & alias DE BENT, accipi dicit pro POTES & contra. Verius tamen est  
vix fieri, ad eò ut etiam jus crediti amittatur, quia ejusmodi pactum sit con-  
trà leges & bonos mores, t. r. C. ne quis in sua causa jud. Deinde per l. non  
est singulis, 176. ff. de Reg. J. per textum expressum in l. exstat, 13. ff. quod  
met. causa, l. 9. C. sol. matr. l. 7. C. unde vi. juncto, § 6. J. de interd. l. 14. C. de  
Judaïs. Postremò quod in d. l. 3. de V. i. dicitur, id intelligendum de armata,  
qua proprie vis est. At etiam vis est, qua non per arma committitur, d. l.  
exstat, qua l. cum d. l. 3. conjuncta eam explicat.

Dixi: pactum commissorum in pugnioris obligatione prohibitum  
esse. An etiam in FEUDIS ut videlicet pecunia ad certum diem non soluta  
creditor pignus feudi nomine habeat? De hoc contrariae fuerunt Feudista-  
rum opiniones. Valere Obertus ajebat, t. 51. §. pen. lib. 2. F. Negabat Ger-  
hardus, lib. 1. F. t. 27. Et utriq. sane non defunt rationes. Dn. Rittershuf d.  
c. ii. n. 4. in fin. Hujus tamen opinio videtur admissa, quod hæc pactio sit  
& contrà bonos mores, & quodammodo contrà naturam feudi, quod ori-  
ginem ex amicitia & beneficio trahit, non pecunia quadam multatione,  
d. t. 27. ubi Cujac.

XI.

Reliqua de adminiculis & similia pacta incontinenti ad-

B. 3.

posita

posita semper insunt contractui, & ad actionem formandam  
sunt efficacia.

Contractus enim legem ex conventione accipiunt, l. i. §. si convenit,  
ff. deposit. l. 23. ff. de R. J. & d. sup. th. 6. & 7.

XII.

*De his actionibus, quatenus & quam competent, in-  
quisituri, inter Contractus bona fidei & stricti juris omnino  
distinguendum putamus.*

Quæ duo contractuum genera hac notâ discernimus, ut STRICTUM  
Jus sumatur pro juris rigore, duritate, ut in iis nihil veniat, nisi quod no-  
minatim à partibus convenit, l. quidquid adstringenda, l. sita stipulatus,  
§. Chrysogonus, ff. de V. O. secundum quod datâ formulâ non licet juri-  
dicalatum ungue recedere. BONA FIDES autem pro æquitate, aequo  
& bono, ut bonâ fide id præstetur, quod ex aequo & bono præstari conve-  
nit, etiam si nihil expreſſe de eo dictum sit inter contrahentes, l. i. §. i. ff. de  
act. emt. l. bonaf. ff. deposit. l. 2. & 5. ff. de O. & A. & d. sup. thes. 6. cuius-  
modi erat in prætoris formulâ illud: QUANTUM EX BONA FIDE, &c.  
quia tantudem in bona fidei judiciis officium judicis valet, quantum in  
stipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio, inquit Paull. l. 7. ff. de  
neg. gest. Cicer. 3. off. & in orat. pro Q. Rofcio. Ang. Matth. lib. 1. de via &  
rat. jur. c. 13 Corras. 2. mis. c. 8. Duar. ad l. 7. de paci. Unde ramen non collig-  
endum est, omnes actiones, que ex aequo & bono dari dicuntur esse bona  
fidei, quæ duo differunt tanquam jus & factum, illud dicirur de ipso ju-  
re & legibus, hoc de contractibus, que facti sunt, l. 7. §. quæstum, ff. de  
cur. fur. Illud causam efficientem denotat, hoc finem & potestatem judi-  
cis. Donell. & Rittersh. ad §. actionum. J. de action.

XIII.

*Bona fidei contractibus adjecta secundum eos ex aequo &  
bono recipiunt interpretationem, iis insunt, formant & pa-  
riunt a actionem.*

d. l. 7. §. quinimodo, verb. solemus n. dicere: pacta conventa inesse bona fidei  
judicis, ff. de paci. l. in bona fidei, 13. ubi Dd. C. cod.

(a) quæ duo eti hoc casu subtiliter differre observarit Cujac. add. l. 7.  
de paci. & lib. 2. obf. c. 15. Item lib. 10. obf. 24. & cum pactum dicitur forma-  
re contractum, l. cum dotem, 10. C. de jure dot. formare actionem, d. l. 7. §.  
quinimodo. Item preparare, l. 3. C. de act. emt. subtiliter indicari actionem  
non tam ex ipso pacto, quam ex contractu per pactum non nihil immutato  
nasci. Nos tamen cum Hotom. & Giphano hanc subtilitatem non agno-  
scimus, ita ut dicamus pacta parere actionem non quidem perse, sed quæ  
contractui inserta pars ejus esse intelligantur. Hotom. amic. resp. lib. 1. c. 2.  
propter

propter dict. l. in bonae C. de pact. ubi utitur Imp. verbo: competere. Item parere, licet ibid. secundum Conon. particulam Ex interpretari. quis possit: propter pactum; quam tamen locutionem Imp. in Cod. ita usurpare vix admitto.

XIV.

*Quam? ipsius nempè contractus, vel praescriptis verbis.*

L. 2. C. de pact. inter emt. & vend. ibiq; not. Gothofred l. Labeo, 50<sup>o</sup> ff. de contrah. emt. l. 12. ff. de praescript. verb. Duaren. ad dict. l. 7. Gail. 2. ob. 16. n. 3. Donell. add. l. in bona, 13. & ad l. 9. C. de pact. inter emt. nu. 6. & seqq. Diſs. Cujac. ad dict. l. 7. & tract. 8. ad Afric. in explicat. l. 24 ff. de praescript. verb. Bronch. cent. i. aſl. 27. Rein. Bachof. diſp. mifc. c. 10. Forster. c. 8. m. 1. p. 2.

Sane ab initio quibusdam casibus dubitabatur, quenam actio datur. & ab aliis admittetur actio ipsius contractus, ab alius praescriptis verbis, quidam utramque dabant, ut colligere licet ex dict. l. si vir. 12. de praes. verb. & ex l. 4. ff. de l. Commiss. in verb. sed jam decisa est quæſtio. &c. l. Imp. 16. verb. & credo sensisse, ff. de in diem add. l. si convenit. 6. in verb. ex emto ut Sabinus putat, aut proxima emti in factum, ff. de ref. vend. l. si convenerit. 23. verb. aut certe actionem, ff. com. divid. Posterior sententia auctoritate Imp. in d. l. 4. de legē Com. & Alexandri in d. l. 2. C. de pact. int. emt. confirmata est, Donellus d. l. 9. n. 7.

XV.

*Excipe: Niſi ſint odioſa, & contrā libertatem naturalem vindicta ſolius cauſā adpoſita.*

Quo pertinet, l. 6. & 7. ff. de ſerv. exportand. quas l. Cujacius & Hotom. qualiſibidem variaverit ICtus dicunt inexplicabiles. Ceret talia pacta non caruſſe controverſiā, argumento eſt. l. 9. verb. licet hoc apud veteres dubitabatur. C. de pact. inter emt. Varias etiam Papinianum, & mutasse aliquando ſententiam ſcribi ipſe Justinianus, in l. ult. §. ſed cum. C. de furt. Cujac. 2. obſ. 37. & hic quoq; dicendum eſt ipſo etiam teſte, in verb. nobis aliquando placebat, d. l. 7. Sed eum variante, ut Giphan. animadvertisit, manus Tribonianii interjecta conciliat, quam etiam alias ſa. piftimē obſer- vavit Hotom. in ſuis obſervat. lib. 3. obſer. 9. & 8. obſer. 16. & l. amic. relp. c. 4. 13. & 22. & 2. reſpon. c. 11. &c. Duo in dictis II. ſunt pacta ad poſita. Ut ſervus exportetur, t. t. C. ſi ſervus exportand. veneat. & ne exportetur. Quærit an ex utroq; hoc pacto detur actio? Quod ex ſup. dd. videbatur dicendum; Eſt enim contraſtu boni fidei de qua admiringulo ejus adjectum pactum, multoq; magis, quia ſtatim traditio ſubsequuta eſt, in qua pactum quod- cunq; valere manifestissimum eſſe ait Gaius in l. 48. ff. de pact. Sed diſtinguit IC. ex hoc dari, ex illo, contrā ſtrictam juris regulam, non item d. l. 6. Except. & differentia ratio, quia hoc ſit humanum, ut pote beneficium, illud

illud durum, utpote vindictam continens, & proinde hoc adjuvandum, illud non item arg. l. cum quidam, 19. ff. de lib. & posth. quod spectant verba d.l.7. in fin. Nec videntur hæc inter se contraria esse, cum beneficio adfici hominem, interfici hominim, &c. Hac ratione putabat aliquando Papin, illud pactum tantum vindicta causâ adponi, d. l. 6. in verb. Cæterum viro bono non convenire, &c. quod animo levientis satisfactum non fuisset. sed postea didicit ex Sabino, posse etiam aliquo interest venditoris, vel quia minoris vendidisset, dict. l. 6. in fin. vel quia alii pœnam reprobatisset, vers. huic, consequens, d.l.7. Quare ne prior sententia in lib. ro. ad Ed. relata in d.l.7 alteri lib. 27. ad Ed. & l. 6. repugnaret, recte hanc limitationem Trionianus Papiniano accommodavit, ita, quod hic dixerat, venditorem ex eo pacto agere non posse, ille temperaverat, adjecto: **VINDICTÆ RATIONE:** q. d. si nihil interficit, sed meram vindictam comprehendat. **Eadem** ratio, l. 10. & 11. ff. de relig. & sunt. fun. ex duplice hujus pacti differentiâ, ut licet inferre mortuum, d.l.10. & ne liceat inferre, d.l.11. illud est favorable, utpote pro religione, cuius summa est ratio, l.43. ff. d.t. hoc odiosum, utpote contraria libertatem sepulturæ, & proinde illud ad actionem efficax, hoc non, d.l.43. l. 91 ff. de pact. Giphian, ad d.l.7. §. quin imd. Nisi itidem cur existimo pacientis interficit, puta, quia minoris eâ lege fundus quoque sit venditus, vel quia forte sepulturam mali vicini sibi contiguum esse nolit, de quo est anteā alleg. l.9. in verb. forsitan enim multum ejus intercerat, ne ei vicinus non solum quem nollet aggregare, &c. id est, ne malus vicinus ei constitueretur, quod in sermone esse dicit Justin. N. 63. c. i. in fin. & ne experiretur illud Plauti in Rudente vetus verbum, aliiquid mali esse propter vicinum malum, vide de malo vicino, que notat Gothofred, ad dict. N. 63, verb. malus vicinus, addel. 35. in fin. ff. de contrah. emt.]

XV.

*Quo casu, si velimus habere actionem, stipulatione nobis consilere debemus.*

d. l. 11. in fin. ff. de relig. Tunc enim semper erit, siue interficit, siue non, ex stipulatu actio, quia in stipulatione penalí non id quod interficit, sed tantum pœna consideratur, §. alteri, Inst. de inut. stip. l. Stipulatio, §. alteri, ff. de V. O. Hotom. obs. lib. 4. c. 13.

XVI.

*Quid de contractibus stricti juris dicemus? Intricata est questionis, an ipsaem adiecta pacta actionem producant? Quod negamus.*

Argumento corum, quæ sup. th. 12. præmissa fuere, portissimâ nimis ratione ductâ ex vi & strictâ angustâq; contractuum stricti juris natura, qua in id, quod vel non datum, l.17. ff. de pact. l. 11. §. 1. ff. de reb. credit, vel nominatum expressum est, obligatio non contrahitur, sed pro omisso habendum

habendum est, quidquid palam non exprimitur; I. quidquid, 99. ff. de V. O. Donellus ad l. in bona, 12. n. 12. & 13. E. G. Titius accepit dena mutua, & statim pacificiter se undecim redditum, hoc pactum valere non potest; Nam undecimus hic numerus non potest deberi ex mutuo, cuius propria qualitas est, ut eatenus oriatut obligatio, quatenus datum est, d.l. 17. nec donatus videri potest, quia donatio non presumitur, 1. 25. in pr. ff. de contractis, ind. Rursum hinc: Titius accepit mutualiter pecunia summarum à Maximo (hanc enim ob planiorum explicationem nostra, l. lecta, facti specimen ponamus) spoponditq. se pecuniam redditum ad proximas Calendas subiecto pacto statim convenient, ut simili usuras etiam cum forte exsolvetur. Hoc pactum de pendulis usuris, quia verbis stipulationis comprehensum non est, fieri non potest, ut ejus pars ita esse intelligatur, ut ad usuras efficiaciter agere possit, d.l. 99. Deinde tot sunt stipulations quot res sunt, l. scire debemus, 29. l. 1. s. si quis, . in f. & g. seqq. ff. de V.O. Nunc si stipulatio in alia res, alia pacto adjecto continetur, ut in propositione facti specie, in stipulatione pecunia credita, in pacto usura, sequitur, si utrumq. actione intentata consequi velim, aut quia dues res sunt, duas etiam esse stipulations, aut pactum esse stipulationem, l. Centum Caput, verf. neq; enim haec causa recte comparabitur obligationi usurarii, ubi dues stipulations sunt, &c. ff. de eo, quod certo loco, quorum neutrum sublisterre potest. Accedit quod usura quidem in iudicis bona fidei ex pacto debeantur, quidni? cum etiam ex mora, l. 17. §. 4. ff. de usur. l. 2. & 13. C. cod. l. in minorum, 3. C. in quibus causis in int. rest. In strictis citra vinculum stipulations non item. Cujac 10. obs. 2.4. l. o. §. 4. verb. & idem usuras, l. 3. 1. 17. 12. C. de usur. l. 24. ff. de praef. verb. Præterea in d.l. 7. s. quin imd. ff. de pact. exceptio solum concepta est de bona fidei contractib. ut & in d.l. 13. C. eod. qua non solum strictis differet opponuntur in §. actionum, ubi Dd. Inst. deact. sup. th. 12. fed & plerumq. cum nominatur, quid attribuiatur iudicis bona fidei, tacite indiscatur aliud juris esse in strictis, ut in l. 3. C. de usur. l. 3. D. de rebus cred. l. 36. ff. de pecul. Giphian. Unde in omnibus legibus ( quantum ego quidem scio) de talis inodi pactis agentibus subiiciuntur exempla bona fidei contractuum. Neq; in sequenti parte retrahere nos debet, l. petens. C. de pact. de qua Don. d. loco & Cujac. 10. obs. 2.4. & reliqua dissent. argumenta, de quibus in ipsa ou<sup>τη</sup> έγινον.

XVIII. Quid ergo est? Statuo: Non ex parte actoris, sed parte Rei, ita tamen inesse, ut actione ipso iure infirmetur & renoverentur.

d.l. legta, & d.l. 4. §. ex facto, ff. de pact.  
Hic effectus peculiaris & proprius est omnium pastorum in conti-  
nentiad eorum, quod ita inhaerent contractui, ut exceptiōne opponi  
necessē non sit, reūm tūtum reddant ipso jure, ipso jure insit, non tan-  
tum ope exceptionis (Cujac.ad d. §. quinimod & lib.10. obs.2.4.) que supple-  
si debet, religione iudicantis, ut idem inquit Cujac, recit, solenni ad h. L.

lecta; Hæc duo multis locis tanquam contraria opponuntur, 1. qui servum, 34. §. si in fin. ff. de O. & A. l. nec ex prætorio, ff. de R. J. l. si tibi decem, 5. quædam actiones, ff. de pact. l. 13. §. emancipatus, ff. de coll. bon. Hotom. d. q. ill. 37. Giph. d. loco, &c ad l. 13. C. de pact. Diff. idem Hotom. 1. amic. resp. ult. Cont. i. disp. ult. Gædd. de contrah. stip. c. 8. concl. 2. Fachin. 2. controver. 99. Forster. c. 8. His ita positis propriis ad l. lecta accedamus, in qua ponitur cautio, id est, chyographum probandæ obligationis, cuius singula ferè verba de computatione, V. G. pecunie, ut: denariorum, sesteriorum, item temporis, ut: dicerum, mensum, Calendarum, &c. explicarunt alii, ut Cujac. d. loco in recit. solem. Gædd. dicto loco, nu. 58. Borcholt. & Nicol. Reusnerus in sing. disp. ad h. l. nostram, &c. nos actum agere nolumus, & faci tantum speciem simplicem ante allatum, & in d. l. lecta, paullò alter variatam ponamus. Mævius credit pecunia summan Titio, is promisit se eam redditum Kalendis futuris, id est, proximis; quod nisi faceret, pone nomine se soluturum promisit usuras, & quidem singulis mensibus in angulos centenos, unum denarium. Mox convenit (pacto in continentib[us] subiecto) de forte differenda, vel potius de forti solutione dividenda, ut Titius Mævio non fortem totam Cal. proximis, sed parrem, aliquamq[ue] alteris, & aliam tertius Calendis exsolvat. Huic pacto non sterit Titius, primo mense nihil solvit. Quæritur. 1. an tota fors. 2. An usurae totius fortis à Mævio recè petantur? In utrāq[ue] hâc quæstione dissidium est ICto Paulo cum altero, (five is ipse Papinius, in cuius auditorio agitata controv[er]sia fuit, five Ulpianus, ut putat Cujac. & alii, five etiam Pomponius, quo una cum Paulo Papinius Adscensores habuisse teſtatur Valent. Forster. lib. 2. hist. jur. c. 77. 78. & 79. non magni referre puto.) Et decisum est secundum Pauli sententiam, 1. Non simul & semel ex die stipulationis totam fors peti posse. Ratio: Quia pactum in continentib[us] subiectum, & proinde actionem ex stipulatu ipso jure impedit. 2. Nec etiam usuras totius fortis, sed singularum pensionum. Ratio: Quia accessio fortis sit usura, l. eos, 26. C. de usur. & proinde dilatâ forte, etiam usura censeri debeat dilata, l. cum principialis, 178. ff. de R. J.

Hinc perspicuum evadit, h. l. non agere de actione parienda, sed de infirmandâ. Atqui dices! Generaliter Paulus ait: pacta in continentib[us] adjecta inesse stipulationi; Item diversam sententiam obtinuisse ab alteris. (Ulpiani scil. vel Pomp. vel alterius) qua tantum ad exceptionem illud patrum prodesse adserebat. Quæ verba cum non tantum dissentientes, sed etiam nostra pars Interpretes non penitus considerant, in angustias redacti, inania effugia quæsivere, Cujusmodi est illud: Paulum quidem discessisse ab alterius sententiâ, ejus tamen opinionem, quo ad hanc quæstionem nostram, receptam non esse. Item, confidentem nimium & temerariū in decidendo Paulum fuisse; quorum altero quid durius, altero insolentius esse possit: Gædd. d. loco, n. 64. & seq.

Primum igitur accipienda illa verba: Pacta adjecta stipulationi

ESS 2,

¶ 5 s. t., eatus scilicet quatenus jure, præscitum in proposita facti specie, inesse possunt, non ut præbeant creditori Mavio actionem ex stipulatu, vel præscriptis verbis (ut quidam existimant) sed ut ipso jure relivent debitorem, L. Titium onere totius sortis solvendæ Cal. proximis. Ex quibus etiam reprimitur validus ille cuneus residuorum verborum: Etsi, ut ille putabat, ad EXCEPCTIONEM tantum prodesse pactum ex regula scilicet ipsius Ulp. in l. 27. § pactus ne peteret, ff. de pact.) quamvis sententia diversa obtinuerit (nimis quia res eadem recideret, per nihil interest, iuris de R. J. I. Marcellus, 66. l. non videtur, id est.) Ita, lucens concesserim non solum ad exceptionem id pactum prodesse, ad quod producendum valet pactum etiam nudum & ex intervallo adpositum, cuius tamen tanta vis non est, ut actionem ipso jure renovet & infirmet, quia facti est, d. l. si unus, 27. §. pactus, ff. de pact. Quod fac, quod IC. in d. l. 7. §. quinimodo dicit: ut siquidem ETIAM ex parte actoris in hinc, quibus verbis innuit esse etiam pacta, quae ex Rei parte tantum inesse possunt, addel. 3. ff. de ref. vend. His ita explicatis, d. l. 13. §. Scia, ff. de V. O. etiam constate poterit. Hic non ex pacto L. Titius actionem suam informat, sed ex stipulatione que præcessit, etiam si enim pactum de certo die non adjectum fuerit nihilominus, imo eodem magis, agere potuisset. Sed quia pactum actionem intentatam ex parte Reæ infirma verat, L. Titius ex cognitione judicis, ob duplicationem, postea hortoru[m] dominium consequitur in f. d. §. Scia. Simile exemplum pacti, mutuo adjecti: quatenus debitor facere possit: quod ex parte ipsius rei inest, habetur in l. 49. ff. de pact. Quoniam igitur hujusmodi pacta sublevant debitorem, favorabiliter consenserunt, l. 47. de O. & A.

XIX. Sequuntur pacta ex intervallo adposita: Ea aut sunt item de substantia, quam & ceteras vocat Ulp. & tunc sive augendi sive minuendi gratia adjecta sint, ipso jure ad contractum reformandum, mutandum, renovandum, & actionem producendam inesse creduntur.

I. pacta conventa, 72. ff. de contrah. emt. d. l. 7. vers. quod cum ita est, ff. de pact. l. 2. ff. de ref. vend. quæ pacta reformativa vocat Loriot. 2. de apic. iudic. 51. E. G. Venditionis substantia, ut d. sunt: Confensus, Merx, pretium, quorum adfatio pacto augeri & minui potest, ut: quod antea venit, ff. 100. jam ematum sit, vel 80. vel 110. Si enim in totum, inquit, IC. potest tolli contractus, cur non & pactio reformari, mutari, renovari? Utroque igitur calu[r] recessum videtur à priore negocio, ut at Papin. d. l. 72. & Pomp. d. l. 2. quod Ulp. d. l. 7. ait, dici non insubtiliter reformari, q. d. Vulgaris opinio est, novari contractum, subtilis, reformari: Cujac. d. l. 7. §. addo autem: Quem tamen non sequitur in eo, quod detractionis pacta in d. l. 72. semper accipit de negotiis substantialibus, q. derahere sit recederet a contractu, sive ille augatur sive minuatur; adiecte vero sit salva substantia de adminiculis convenire,

14. obs. 28. quod rejicit Hotom. ill. q. 36. Ego existimo pr. d. l. 72. tantum de  
adminiculis intelligendū esse, quod & verba seqq. arguant, & dicetur th. seq.  
**X. Intellige, si 1. re integrā. a 2. Deinde bona fidei contra-**  
**cibis adposita sint.**

Hoc enim loco distinctionem inter contractus bonæfidei & stricti  
juri thh. superiorib. traditan, repetimus. Illis enim, ut jam d. adiecta novū  
contractum efficiunt, his autem postea subiecta non illum habent effectū,  
de quo sup. ut ex parte rei ipso jure insint; sed quibus causib. subtiliter pos-  
sunt, ad excipendum tantum profund. Quia ea non nudo consensu dissol-  
vuntur, sicuti contractus bona fidei, sed ut d. vel re tradita (& tunc, quod re-  
quiritur, res integra amplius non est) vel verbis solenni modo in contra-  
rium prolati dissolvi possunt. Reusner. ad d. l. lecta, n. 115. l. 107. ff. de solvi. l.  
nihil tam, s. o. ff. de R. J.

(a) d. l. 7 §. ad eo, verb. re nō dum secuta, & d. l. 72. l. 2. & 3. verb. antequā  
res secuta, ff. de re, c. vend. Nam post rem secutam infectum factum contra-  
ctum reddere non possumus, d. l. 2. Unde intelligitur hæc pacta tantum lo-  
cum habere in contractib. qui cōsensu sunt, & eod. resolvuntur in aliis non  
item, licet etiam bona fidei, ut in deposito, commodato, in quibus semper  
factum, vel tradicio aliqua intervenit. Giphān. & Duar. ad d. §. ad eo.

**XXI. Aut sunt de adminiculis vel, ut IC. loquitur extrā**  
**naturam, & detrahentia ex parte rei insint, a adjicientia ve-**  
**rò indifferenter b exceptionem parviant.**

d. l. 72. verb. credimus hoc non ineffe. d. l. 7. vers. idem responsum, ne,  
ut ibi dicitur, ex pacto actio nascatur. E. G. Convenit, ut vendor de e-  
xceptione satidaret, si in continent & in ipso contractu venditionis id factū  
fuerit, valebit id pactum etiam ad formandam, vel ut loquitur Hotom. no-  
vā adiectione amplificandam actionem, ut d. thh. superiorib. si autem ex  
intervallo id convenit, ex parte rei locum habebit, ut videlicet tantum ad  
exceptionem profit V. G. cum vendor pretium postulaverit, tunc emitor  
reus exceptionem pacti opponat, quā ad satisfactandum adigat venditorem,  
d. l. 3. de res. vend. & hoc est, quod in d. l. 72. Papin. dicere voluit: quo casu  
(pacto ex intervallo adhibito) agente emtore (& impleri contractum postu-  
lante) non valet pactum (ad actionem scil. formandam & fideiustorem pe-  
tendum) eod. casu, agente venditore, exceptionem pacti suppeditabit emto-  
ri, d. l. 72. Hotom. ill. q. 36. (a) d. l. 72, in pr. & d. l. 7, vers. & si post emptionem,  
& ibi Duar. ubi primum regula ponitur: ex intervallo adiecta non ineffe, ne  
ex pacto actio nascatur: superadditur: sed ex parte rei locum habebit, &c.  
Ratio generalis subiungitur: quia ex parte rei facilis id concedatur, ex cu-  
jus parte etiam alia omnia pacta exceptionem producent. (b) sine distinc-  
tione O. & A. l. 2. §. item queritur, ff. de doli except.

F. I. N. I. S.

01 A 6518



VD 17 2.1.0 ✓





### Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue